

G. B. de Rossi:
 (1822-1894):
 Inscriptiones Christianae
 P. I. 1838
 T. II. s. 368-369

„Ad VIII kal. Augustas ex Byzantio Salubream
 per Ponticum venimus” his verbis incipit insignis
 pars commentariorum itineris per Thraciam,
 Propontidem, Samothraciam descripta in codice Vaticano (olim Mann-
 tianb) 5250 f. 1-22 manu saeculi XVI, neque auctoris neque argu-
 menti praefixo titulo. Codicem ad nostram aetatem neglectum
 primus omnium adhibuit Borghesius ex eoque unum titulum
 protulit, suspicatus haec commentaria esse Cyriaci. (Borghesi: Oeuvres
 III p. 274: cf VII p. 135) Cuius vere itinera a die VIII kal. Augustas
 ad finem anni 1444 hoc loco descripta esse attente legenti mani-
 festum fit; et demonstratur collatis fragmentis, altero edito e
 codice Tarvisino (Colucci, l. c. p. CXXXI-CXLII), altero nondum noto,
 quod repperi in Neapolitano V. E. 64 manu saeculi XVI ex Aurispae
 collecta nunc, praefixo titulo: Kyriaci Anconitani Itinerarium; item
 collatis excerptis epigraphicis Samothraciis in codice Ambros. A. 55
 inf. manu aequali Cyriaci, et Thraciis ac Ponticis in codice Fran-
 cisci Pandulfini nunc Ashburn. Laurentiano f. 188-192

¶ Pandulfinianus vero multa continet, quae in Senensi desiderantur,
 in quibus Thracia et Pontica.

Haec e Cyriaci apographis sumpta esse expresse testatur scriptor codi-
 cis Pandulfiniani, sive potius antiquus, unde hic pendet, initio
 manipuli inscriptionum Thraciae:

Ἐν Ἐλευθερίᾳ παρὰ τὴν πύλιν ἐν ἀρχαίῳ δίδω εἰρηλαί τοιοῦτο
 ἐπιγραφή ὑπὸ (sic) Κυριανοῦ τοῦ ἐξ Ἀγυῶνος ἀρτοῦ φισόβ-
 γου τε καὶ τῶν παλαιῶν ἑλευθινῶν τε καὶ Ρωμαίων εὐσυντηνω-
 τῶν (sic) καὶ ὑπὸ γυνόμων.

Sequuntur eodem fere ordine, quo in codice Vaticano, tituli Graeci
 tam novem; ultimus imperfectus est, cetera desiderantur.

Horum titulorum unus sepulchralis in Vaticano apographo deest
 (v. Mommsen: in Eph. ep. III p. 235, 236)

Quaquam codex Vaticanus ceteris multo plenior est et titulis
 praesertim Graecis abunde refertus, codices tamen Pandulfini-
 anus, Tarvisinus, Neapolitanus huius itineris commentaria
 augent; neque ea usquam integra exhiberi demonstrant.

Diagrammata monumentorum tum in Vaticano tum in ceteris
 apographis desiderantur.

(ἀνοξινός)

2

Apographa Vaticanum et Neapolitanum descripta e foliis solutis vel suis
deque permixtis ordinanda sunt, ut series itineris recte procedat.
Cyriacus Selymbria Perinthum venit.

(Ashburnham-Laurentianus 1103 (Libri, Catalogue of the manuscripts of
Ashburnham place I n. 1174), olim Francisci Pandulfini; de quo Mommsen,
Ephem. ep. III p. 235 et seqq.; C. I. L. V p. XXI 1095; IX p. XXXVII



AKAΔHMIA

AOHNEN

PURE WHITE LEDGER Plain
White Substance No. 28